



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Nostri saeculi memoria. Cap. XXX. & vltimum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

CHRONICA

bris suis martyrio , velut aurum in fornace excoëtam. Aliosque non paucos, quorum vel memoriam sequens hoc sæculum obliterauit, vel reliquias abiecit.

Nostrisaculi memoria.

C A P. xxx. & ultimum.

AD nostra tandem hæc tempora veniamus, quæ chronicæ huius narrationis sunt finis. Anno 1566. exordium accepit quinta Belgij per Guesios vastatio, quæ anno potissimum 72. tantas diuersis ex caussis accepit vires, ut arbitrer vnico illo anno plures Belgas occubuisse martyrio, quam omnibus reliquis annis, qui à condito orbe antecesserunt. Vidimus tunc summa pericula à Franciæ Hugonotis, & aliunde. Immensa autem Dei misericordia ascribimus, quod nondum planè consumti sumus: neque dum ingentis numeri gentibus per Belgas etiam quosdam sanctissimos viros fides prædicatur, domi omnino perierit. Sed meum non est tristissimam horum annorum historiam texere: quod posteritas faciet tanto syncerius quanto semotior erit & à prauis affectibus, & à periculis indignationum. De gloriosis interim sub hac persecuzione martyribus diuersi diuersos meditantur libellos, sed qui propter furorem Guesiorum nondum in lucem producent. Breuitamen saeuissimæ & barbaricæ Guesiorum immanitatis finem fore speramus. Sed id notius est prouidentiæ aliossum: cuius misericordia afflictissimum Belgium nostrum commen- damus.

INDEX
F I N I S.